



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

XIV. Actionem mortis clerico non imputari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

ANNO CHRISTI
1179. baculum percuteret, quasi vi^{to} eo cuius baculus percus-
sus esset, vteretur pro equo. Sed præfati clerici equitandi
licentia non vtentes, sola iactatione contenti sunt: vt dum
ad baculos suos alacrius concurrerent, laborem itineris
non sentirent. Quidam autem laicus, sicut prædictus dia-
conus asserit, dum baculum prædicti diaconi percussit, in-
caute in eum equitatus insiliit, & sic a falce ipsius diaco-
ni, qua erat accinctus, mortale vulnus accepit, de quo post
dies octo exspiravit. Inde est quod commonemus fraterni-
tatem tuam atque mandamus, quatenus eumdem diacono-
num sine licentia summi pontificis ad superiorem gradum
ascendere, vel in diaconatus officio nullo vñquam tempo-
re ministrare permittas, sed cum dispensatione in subdia-
conatus officio ministrare patiaris.

C A P. XIII. *Idem* Exonienſi episcopo.*

Presbyterum etiam istum in homicidii criminе lapsum, Pars capitu-
li, Tanta
est vis. annis duodecim graui pœnitentia afflictum, si ita est, tibi
remittimus absolutum in Dei nomine, suoque restitutum
sacerdotio, non tam considerantes spatium & mensuram
temporis, quam pœnam doloris. Ne tamen cuilibet imprudenti videatur iniquum, eum sacris altaribus restitu-
tum, discat hoc a sanctis patribus confirmatum. Vnde Cal-
listus papa: Errant, qui putant, post dignam pœnitentiam,
sacerdotem lapsum non posse reparari, & ministrare posse, si a malis abstineat.

C A P. XIV. *Idem.*

Lator præsentium nobis viua voce proposuit, quod
cum quadam die casu quodam cum clero luderet, con-
tigit quod ille proiecit illum ad terram, & cultellus quem
ad latus habebat, in alterum incidit, & fortuito vulnera-
tus occubuit. Eumdem igitur ad vos duximus remitten-
dum, discretioni vestrae mandantes, quod rei veritate
comperta, si ita res se habuit, & alia iusta causa non im-
pedit, prædictum D. permittatis libere ad sacros ordines
promoueri.

C A P. XV. *Item Eugenius papa primus Sarenſi episcopo.*

Presbyterum, cuius duos digitos cum medietate palmæ
Concil. Tom. 27. M m m m